Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I.
Wien, 1799 Seite 79
Quelle:
Copyright:

quod Anglico *to Settle* et *Sunset* adfine.

LVIII.

R. 1542 Codex membraneus lat. germ. Sec. XIII. Folior. 198. 4. maj. valde eleganter exaratus, rubricis distinctus, literaque principali maxima deaurata et picturata insignis, quondam Collegii S. J. *Graecensis* in *Styria* complectitur praemisso *Calendario Psalterium Davidicum* cum Canticis biblicis et Precibus, et *Hymnarium* superposita inter lineas singulis vocibus interpretatione germanica ab eadem manu. In *Calendario* Festum S. *Blasii* 3. *Febr.* celebratur cum Octava, S. *Oswaldus* 5. *Aug.* miniatus est, *Martio Cunegundis*, *Zacharias* Proph. *Longinus*, *Gerdrudis*, *Joseph* tardius accessere, ad 4. *Octobr.* in margine a prima manu adjectum: *Gebolf de secawe*; unde, quemadmodum etiam e dialecto interpretis, probabile fit, Codicem in *Styria* aut *Carinthia* scriptum fuisse. Ut autem Specimen ex illo proferam, *Psalterium* ita dispositum est:

Saliger der man der niht gie in dem rate der übelen unde an dem wege der sûntare nieht
Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum et in via peccatorum non
stunt unde an dem stule der suchte nieht saz. Sunder in der é gottes
stetit. et in kathedra pestilentie non sedit. Sed in lege domini &c.

Uberem hic Glossarum messem esse, facile quis sibi persuadebit, eamque, dum in *Graecensi* Collegio degeret, auxit Vir plurimarum literarum *Guil. Brinkius* nunc *Annaeo* Gymnasio *Viennae* Praefectus; e Codice enim biblico *Salisburgi* 1469. exarato variam lectionem signavit in margine, quam exempli caussa per aliquot Psalmos hic juvat adscribere. *Ps.* I. secus decursus, *bi der runste*, Salisb. *bei dem Ablauf.* Prosperabuntur, *daz wirt frastmûtich*, Salisb. *die werdent gelukſam.* Pulvis, *der stovb*, Salisb. *das gestupp.* Iter, *div vart*, Salisb. *der Steig.* Ps. II. Convenerunt in unum, *chomen zesamene*, Salisb. *sammeten sich in ain.* Subsannabit, *beskerenet*, Salisb. *verunwirdiget.* In furore suo, *in herzmûte sin*, Salisb. *in seiner tobheit.* Cum tremore, *mit pibenunge*, Salisb. *mit klopfen.* Qui confidunt in eo, *die da getruwent an ime*, Salisb. *die sich versehent an in.* Ps. III. Non est salus ipsi in deo eius, *niht ist heil ir in got ir*, Salisb. *ir ist nit behaltsam an iren got.* Ego dormivi et soporatus sum, *ich slief unde entsniphet was*, Salisb. *ich slief und mich stäffert.* Salvum me fac, *geheilige mich*, Salisb. *mach mich behalten.* Contrivisti, *ze multest du*, Salisb. *du hast zermilscht.* Salus, *das heil*, Salisb. *die behaltsam* &c. Singulae Psalmorum Quinquagenae Litera cubitali auro coloribusque illustri distinctae sunt.

Fol. 132. p. 2. succedunt *Cantica biblica* cum Symbolo *Athanasii*, Oratione Dominica et Symbolo Apostolico. Ex his Canticum *Magnificat* adscribam: *Lo-*

bet